



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum pœne particulares primorum parentum conuenienter assignentur  
in scriptura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



qui est cōditor hominis, omnipotens est: unde ademit sub beneficio ab homine primitus instituto necessitatem moriendi ex tali materia cōsequente, quā tamen beneficium subtractum est p̄ peccatum primorum parentum: & sic mors & est naturalis propter conditionem materiae, & est poenalis propter amissionem diuini beneficii praeferantis a morte.

AD SECVNDVM dicendum, quod similitudo illa hominis ad alia animalia attenditur quantum ad cōditionem materiae, id est quantum ad corpus ex contrarijs compositum, non autem quantum ad formam. Nam anima hominis est immortalis: brutorum verò animalium animae sunt mortales.

AD TERTIVM dicendū, quod primi parentes fuerunt a Deo instituti non solum sicut quaedam persona singulares, sed sicut quaedam principia totius humanae naturae ab eis ad posterum deriuanda simul cum beneficio diuino praeferante a morte: & ideo per eorum peccatum tota humana natura in posteris tali beneficio destituta, mortem incurrit.

AD QVARTVM dicendū, quod aliquis defectus ex peccato consequitur dupliciter. Vno modo, per modum poenae taxatae a iudice: & talis defectus aequalis debet esse in his, ad quos aequaliter pertinet peccatum. Alius autem defectus est, qui ex huiusmodi poena per accidens consequitur. sicut quod aliquis pro culpa sua excecatus cadat in uia, & talis defectus culpa non proportionalis: nec ab homine iudice pensatur, qui non potest fortuitus euentus praecognoscere. Sic ergo poena taxata pro primo peccato proportionaliter ei rēdens, fuit subtractio diuini beneficii, quo rectitudo & integritas humanae naturae cōseruabatur. Defectus autem consequentes subtractionem huiusmodi beneficii, sunt mors, & aliae poenales praesentis vitae: & ideo non oportet huiusmodi poenas, aequales esse in his, ad quos aequaliter pertinet primū peccatum.

Verum quia Deus praescius est omnium futurorum euentuum, ex dispositione diuina praescientiae, & prouidentiae huiusmodi poenales diuersimodē in diuersis inueniuntur, non quidem propter aliqua merita praecedentia hanc uitam, ut Origenes posuit. \* Hoc. n. est contra id quod dicitur Ro. 9. Cum nōdū aliquid boni, aut mali egissent: & ē est contra hoc quod in primo ostensum est, quod anima non est creata ante corpus, sed uel in poenā paternorū peccatorū, in quantum filius est quaedam res patris, uel de se frequenter parentes puniuntur in prole: uel etiā p̄ remediū salutis eius, qui huiusmodi poenalaribus subditur, ut scilicet per hoc a peccatis arceatur: aut etiam de uirtutibus non superbiat, & per patientiam coronetur.

AD QVINTVM dicendū, quod mors dupliciter potest cōsiderari. Vno modo, sicut quod est quoddam malū humanae naturae: & sic nō est ex Deo, sed est defectus quidam incidens ex culpa humana. Alio modo, potest cōsiderari sicut quod habet quandam rōnem boni, prout scilicet quaedam iusta poena, & sic est a Deo. Vnde Aug. dicit in lib. Retractionum, quod Deus nō est

author mortis, nisi in quantum est mors poena. AD SEXTVM dicendū, quod sicut Aug. dicit 13. de ciuitate Dei. \* Quemadmodū iniusti male utuntur non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc fit, ut & mali male leguntur, quāuis lex sit bonū: & boni bene moriantur, quāuis sit mors malū. In quantum igitur Sancti bene morte utuntur, fit eis meritoria.

AD SEPTIMVM dicendū, quod mors dupliciter accipi potest. Vno modo, pro ipsa priuatione uitae, & sic mors

sentiri non potest, cum sit priuatio sensus, sed poena dicitur secundum quod nominat ipsam priuationem, prout dicitur in Genesi. sicut & de generatione, qui postquam, Vno modo, secundum quod nominat ipsam priuationem, sicut in ipso mō priuatur vita, dicitur in Genesi. hoc etiam mors non est poena sensus, sed corruptio potest accipi cum alteratione, prout dicitur aliquis mori, dicitur mori, sicut dicitur aliquid generari, dicitur generari esse, & sic mors potest dicitur

AD OCTAVM dicendum, quod dicitur super Genesim, ad litteram, \* Quia primi parentes postea vixerunt, ubi dicitur, quod mortis legem, quae teratcerent, acceperunt.

ARTICVLVS DE VTRVM CONVENIENTER PARTICULARES POENAE PRIMI PECCATI DETERMINANTUR IN SCRIPTURA.

AD SECVNDVM sic procedendum. Venerunt determinari particulae poenae primū peccati in Scriptura. Non assignari, ut poena peccati id, quod dicitur in Genesi. sed dolor in pariendo esse, sine peccato. Hoc enim requiritur ad naturam, ut proles nasci non possint, si non fuerit etiam subiectio ad mortem, consequitur ad perfectionem uirtutis, & tribulorū ad naturam terre poenae, set etiam sine peccato. Non ergo conuenientes poenae primi peccati.

¶ 2 Præ. Id quod pertinet ad dignitatem videtur ad poenam eius pertinere: sed conceptus pertinet ad dignitatem mulieris, debet poni quali mulieris poena.

¶ 3 Præ. Poena peccati primorum poenae deriuatur, sicut de morte dicitur, quod nūm mulierum multiplicauerunt, poenae uiri in sudore uultus sui pane uelocantur.

¶ 4 Præ. Locum paradisi propter peccatum uideretur, quod non fuerit conueniens poena, quod a paradiso excluderetur.

¶ 5 Præ. Locus ille paradisi terrestris de paradiso accessibilis, frustra ergo apponitur, si non inuenta, ne homo illuc reuenteretur, sicut bin, & gladius flammeus atque uentus.

¶ 6 Præ. Homo post peccatum hanc poenam mortis fuit additus, & ita beneficii poenae poterat ad immortalitatem reparari, si eius ligni uitae interdiceretur, cum dicitur Genesi. Nunc ergo ne forte sumat de ligno uitae, & aeternum.

¶ 7 Præ. Insultare misero, uideretur misericordiae repugnare, quae maxime a Deo attribuitur, sicut illud Psal. 134. Misere super omnia opera eius. ergo inconueniens Deum insultasse primis parentibus, tū iam in miseriam deductis, ubi dicitur. unus ex nobis factus est sciens bonum, & scilicet sicut & cibus, secundum illud 1 ad Timotheum. sicut & cibus, & quibus regantur, & quibus bentes alimenta, & quibus regantur.

Libro 1. Patriarchon. c. 7. & 8. ca. 4. Q. 47. art. 2. & q. 75. art. 7. & q. 90. art. 4.

Libro 1. ca. 21. circa medium, & ca. 2. ci. ca. prim. tom. 1. Libro 13. ca. 6. habetur implicite tomo 5.



simus, ergo sicut cibus primis parentibus fuit attributus ante peccatum, ita etiam & vestitus attribui debuit. Inconuenienter ergo post peccatum dicitur eis Deus tunicas pelliceas fecisse.

**¶** Præterea. Pœna quæ alicui peccato adhibetur, debet plus habere in malo, quæ emolumentum quod quis ex peccato consequitur, alioquin per pœnam non detereretur quis a peccato, sed primi parentes ex peccato consecuti sunt quod eorum oculi aperirentur, ut dicitur Genes. 3. Hoc autem præpoderat in bono omnibus malis pœnalis, quæ ponuntur ex peccato consecuta. Inconuenienter ergo describuntur pœnæ, peccatum primorum parentum consequentes.

**IN CONTRARIUM** est, quod huiusmodi pœnæ sunt diuinitus taxatæ a Deo, qui omnia facit in numero, pondere, & mensura, ut dicitur Sap. 11.

**RESPON.** Dicendum, quod sicut dictum est, \* Primi parentes propter suum peccatum priuati sunt beneficio diuino, quo humanæ naturæ integritas in eis cõseruabatur, per cuius subtractionem humana natura in defectus pœnales incidit: & ideo dupliciter puniti fuerunt, Primò quantum ad hoc, quod subtractum fuit eis, id quod integritatis statui cõpetebat, scilicet locus terrestris paradisi: quod significatur Genes. 3. cum dicitur. Et emisit eum Deus de paradiso voluptatis. Et quia ad illum statum primæ innocentie per seipsum redire non poterat, cõuenienter appositæ sunt impedimenta: ne rediret ad ea quæ primo statui cõpetebant, scilicet a cibo, ne sumeret de ligno vitæ, & a loco. Collocauit enim Deus ante paradisum Cherubin, & flammeum gladium. Secundo autem puniti fuerunt quantum ad corpus, quod attributa sunt eis ea, quæ naturæ cõueniunt tali beneficio desititæ.

Et hoc quidem quantum ad corpus, & quantum ad animam. Quantum quidem ad corpus, ad quod pertinet differentia sexus, alia pœna attributa est mulieri, alia vero viro. Mulieri quidem attributa est pœna secundum duo, propter quæ uero coniungitur, quæ sunt generatio prolis, & communicatio operum pertinentium ad domesticam conuersationem. Quantum autem ad generationem prolis, punita fuit dupliciter. Primò quidem, quantum ad tediam quæ sustinet portando prolem conceptam. Et hoc significatur eum dicitur: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Et quantum ad dolorem, quem patitur in pariendo, & quantum ad hoc dicitur: In dolore paries. Quantum vero ad domesticam conuersationem punitur secundum hoc, quod subiicitur dominationi viri, per hoc quod dicitur: Sub uiri potestate eris. Sicut autem ad mulierem pertinet, ut subdatur viro in his, quæ ad domesticam conuersationem pertinent: ita ad virum pertinet, quod necessaria uitæ procuret. Et circa hoc punitur tripliciter. Primò quidem, per terræ sterilitatem, cum dicitur: Maledicta terra in opere tuo. Secundo, per laboris anxietatem, sine qua fructus terræ non percipitur, unde dicitur, in labore comedes de ea cunctis diebus uitæ tuæ. Tertiò, quantum ad impedimenta quæ proueniunt terram colentibus, unde dicitur: Spinas & tribulos germinabit tibi. Similiter etiam ex parte animæ triplex eorum pœna describitur. Primò quidem, quantum ad cõfusionem quam passi sunt de rebellionem carni, ad spiritum, unde dicitur: Aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos. Secundo, quantum ad increpationem propriæ culpæ, per hoc quod dicitur, Ecce, Ad factus est quasi vnus ex nobis. Tertiò, quantum ad commemorationem futuræ mortis, secundum quod ei dictum

**A** est: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ad quod etiam pertinet, quod Deus fecit eis tunicas pelliceas in signum mortalitatis eorum.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod in statu innocentie fuisse partus absque dolore. Dicitur enim Aug. in 14. de ciuit. Dei. \* Sic ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus foemineæ uiscera relaxaret, sicut ad concipiendum non libidinis appetitus, sed uoluntarius usus naturæ utriusque cõiungeret. Subiectio autem mulieris ad uirum intelligenda est in pœnâ mulieris esse inducta, non quantum ad regimen, quia et ante peccatum uir caput mulieris fuisse, & eius gubernator extitisset: sed prout mulier contra propriam uoluntatem nunc necesse habet uiri uoluntati parere. Spinas autem & tribulos terra germinasset, si homo non peccasset, in cibum animalium, non autem in hominis pœnâ, quia felicitet propter eorum exortum nullus labor, aut punitio homini operanti in terra accideret, ut Aug. dicit super Genes. ad litteram. \* quamuis Alchuius dicat, quod ante peccatum terra omnino spinas & tribulos non germinasset. Sed primum est melius.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod multitudo conceptuum inducitur in pœnam mulieris non propter ipsam procreationem prolis, quæ etiam ante peccatum fuisse, sed propter multitudinem afflictionum, quas mulier patitur ex hoc, quod portat foetum conceptum. Unde signanter coniungitur: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.

**AD TERTIUM** dicendum, quod illæ pœnæ aliquantulum ad omnes pertinent. Quæcumque enim mulier concipit, necesse est, quod ærumnas patiat, & cum dolore pariat, præter Beatam Virginem, quæ sine corruptione concepit, & sine dolore peperit: quia eius conceptio non fuit secundum legem naturæ a primis parentibus deriuata. Si autem aliqua non concipit, neque parit, patitur sterilitatis defectum, qui præponderat pœnis prædictis. Similiter etiam oportet, ut quicumque terram operatur, in sudore uultus comedat panem. Et ipsi qui per se agriculturam non exercent, in aliis laboribus occupantur. Homo enim nascitur ad laborem, ut dicitur Iob quinto: & sic panem ab aliis in sudore uultus elaboratum manducant.

**AD QUARTUM** dicendum, quod locus ille paradisi terrestris, quamuis non seruiat homini ad usum, seruit tamen ei ad documentum, dum cognoscit propter peccatum se tali loco fuisse priuatum: & dum per ea, quæ corporaliter in illo paradiso sunt, instruitur de his quæ pertinent ad paradisum celestem, quo aditus homini præparatur per Christum.

**AD QUINTUM** dicendum, quod salus spiritualis sensus mysterii, ille locus præcipue uideretur esse inaccessibleis propter uehementiam ætus in locis intermediis ex propinquitate solis. Et hoc significatur per flammeum gladium, qui uersatilis dicitur propter proprietatem motus circularis humiditatis causantis: & quia motus corporalis creaturæ disponitur ministerio Angelorum, ut patet per Aug. 3. de Trin. \* Conuenienter etiam simul cum gladio uersatili Cherubin adiungitur ad custodiendam uiam ligni uitæ. Unde Aug. dicit in undecimo super Genes. ad litteram. \* Hoc per celestes potestates etiam in paradiso uisibile factum esse credendum est, ut per Angelicum ministerium esset illic quedam ignea custodia.

**AD SEXTUM** dicendum, quod homo si post peccatum deliquit uitæ comedit, non propter hoc immortalitatem recuperasset, sed beneficio illius cibi potuisset uitam magis prolongare. Unde quod dicitur: Et uiuat in æternum, sumitur

D. 739.

Lib. 14. c. 26. circa mediu, tomo 3.

Lib. 3. ca. 18. tomo 3.

Lib. 3. cap. 4. tomo 3.

Lib. 11. c. 40. in fine, tomo 3.



furnitur ibi aternū pro diuturno. Hoc autē nō expediebat hoī, ut in miseria hui⁹ vitę diutius pmaneret. AD SEPTIMUM, dicendum, q̄ sicut Aug. dicit 11. super Genes. ad literam, \* Verba Dei non tam sunt primis parentib⁹ insultantis, quā ceteros, ne ita superbiant, deterrentis, propter quos ista conscripta sunt, quia scilicet non solum Adam non fuit factus, quod fieri uoluit, sed nec illud quod factus fuerat, conseruauit.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ questus necessarius est homini, secundum statum presentis miserie pp duo. Primò quidem, pp defectum ab exterioribus nocementis, puta, intemperati caloris, & frigoris. Secundo, ad tegumentum ignominie, ne turpitudine membrorum appareat, in quibus precipue manifestatur rebellio carnis ad spiritum. Hęc autem duo in primo statu non erant, quia in statu illo corpus hominis nō poterat per aliquod extrinsecum lędi, ut in primo dictum est. \* Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudine in corpore hominis, quę ad confusionem induceret. Vnde dicitur in Genes. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & uxor eius, & non erubescibat. Alia autem ratio de cibo est, qui est necessarius ad fomentum caloris naturalis, & ad corporis augmentum.

AD NONVM dicendum, q̄ sicut Aug. dicit 11. super Genes. ad literam. \* Non est credendum q̄ primi parentes essent producti clausis oculis, precipue cum de muliere dicitur, q̄ uidit lignum q̄ esset pulchrum, & bonum ad vescendum. Aperti ergo sunt oculi amborum ad aliquid intendum, & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant, scilicet ad inuicem cōcupiscendum, quod ante non fuerat.

Super Questionis 155. Articulum primum.

QVAESTIO CLXV. De Tentatione primorum parentum, in duos articulos diuisa.

IN tota q. 155. de tē tatione primorū parentum, hoc solum scribendum occurrit, q̄ in calce secundi articuli, cum dicitur, q̄ serpens obseruat plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur, delectatio illam capiat, nō sic intelligo, ut serpens expectet lapsum mulieris, hoc est, rationis inferioris, & lapsum delectatione capiat: sed q̄ serpens delectationis laqueo mulierem nostrā ex inferiori parte si qñ labitur, hoc est, ad lapsum ex ipsa cōcupiscentia sensuali, & p̄posita, sent insurgere delectatione ducitur, capit detinendo hominem in huiusmodi delectatione sensibilibus, dum inferiora considerat, dum conditiones euentuorū sensibilibus imaginatur, concipit, & per eas discurrit. Ratio siquidem inferior sine sui operis capitur, quia tunc eius delectatio consentium ha-

Etnde considerandum est de tē tatione primorum parentum.

CIRCA quam quęruntur duo. Primo, Vtrū fuerit conueniens q̄ a Diabolo homo tentaretur. Secundo, De modo & ordine illius tentationis.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum fuerit conueniens, ut homo a Diabolo tentaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ non fuerit conueniens, ut homo a Diabolo tentaretur. Eadem enim pena finalis debetur peccato Angeli, & peccato hominis, s̄m illud Matthæi 25. Ite maledicti in ignem aternum, qui parati est Diabolo, & Angelis eius: sed peccatū primi Angeli non fuit ex aliqua tentatione exteriori, ergo nec primū peccatum hominis debuit esse ex aliqua exteriori tentatione. 2. Præ. Deus prescius futurorū, sciebat, q̄ homo per tentationē demonis in peccatū deiceretur: & sic bene sciebat, q̄ non expediebat ei, q̄ tentaretur. ergo videtur, q̄ nec fuerit conueniens,

quod permetteret eum tentari. 3. Præ. Quod aliquis impugnatorem habeat, ad penam pertinere videtur, sicut & e contrario pertinere videtur ad premium, quod impugatio subtrahatur, secundum illud Prover. 16. Cum placuerint domino via: hominis, intuentur ei omnes uiae eius. Sed potest concedere culpam, ergo in obueniens ante peccatum tentaretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 1. ratus non est, qualia seit?

RESPON. Dicendum, quod diuina sciebat omnia suauiter, ut dicitur Sapient. 1. scilicet sua providentia singulis attribuit, ut petunt secundum suam naturam, quod dicitur in 4. capite de diuini nominis. Primum est naturam corrumpere, sed salutare. Pertinet ad conditionem humane creature iuuari, vel impediri possit. Vniuersus fuit, ut Deus hominem in statu & tentari permetteret per malos Angelos, eum faceret per bonos. Ex specialitate gratie hoc erat ei collatum, ut nulli creaturæ ei posset nocere contra propriam naturam per quam tē tationi demonis resisteret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicitur q̄ rā humanam est aliqua natura, in qua non est culpa inueniri, non autem in angelicam. Tentare autem inducendum non est nisi iam deprauati per culpam. Vniuersus fuit, ut homo per Angelum tentaretur ad peccandum, sicut etiam fecerat natura per Angelum bonum promouere fecerit. Angelus autem a suo superioris Deo, in bono perfici potuit, non autem induci, quia sicut dicitur Jacobi. Tentator malorum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod dicitur q̄ bar, quod homo per tē tationem in peccatū deiciendus, ita etiam sciebat, quod per tentationem resisteret poterat tentari. Hoc autem bat conditio natura ipsius, ut per tentationem inqueretur, secundum illud Eccl. 15. Deus non inuenit in manu consilium. Vnde Aug. super Genes. ad literam. \* Non minus uolens gnæ laudis futurum fuisse hominem, ut possit bene uerere, quia nemo male uolueret, cum in natura posse, & in peccatū non consentire suadenti.

AD TERTIVM dicendum, quod dicitur q̄ cum difficultate resistitur, penalis est. In statu innocentie poterat adque tentationis resistere: & ideo impugnatōris ei penalis non fuit.

ARTICVLVS II. Vtrum fuerit conueniens modus, & uia peccati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ fuerit conueniens modus, & uia peccati. Sicut enim ordine natura de superioris hoīe, ita & nūc erat p̄fectior tentationis. Sicut enim ordine natura de superioris hoīe, ita & nūc erat p̄fectior tentationis. Sicut enim ordine natura de superioris hoīe, ita & nūc erat p̄fectior tentationis. Sicut enim ordine natura de superioris hoīe, ita & nūc erat p̄fectior tentationis. Sicut enim ordine natura de superioris hoīe, ita & nūc erat p̄fectior tentationis.

Lib. 11. c. 39. post mediū, sōmo 3.

1. parte q. 6. 97. art. 2.

Lib. 11. c. 37. circa princ. sōmo 3.